UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Vltimarvm Volvntatvm, Svccessionvm, & Legitimationum materias distinctè continens

**Bero, Agostino**

**Venetiis, 1577**

Consilivm CXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96520

Visual Library

comprehenditur in ſtatuto ſimpliciter faciēte
tionem de bonis propriis, & p̄cipuis alterius,
† in ſtatutis exorbitantibus,& maximè p̄iudi
ib.damnumq; tertio inferentib.uerba propriiſ
atq; ſtrictiſſimè ſint intelligenda l.3.§.hæc uer
ff.de neg.geſtis,l.quicquid aſtringendæ cum ibi
pe docto.ff. de uerb.obl.c.in noſtra de iniur.&
da.& d.§.de uiro,ibiq; Imol. & dicit Bald.in l.
matre col.ult.uerſi.ult.q̄ritur C.de rei uend.
l.1.col.ul.C.qui accuſ.non poſſunt,ꝙ ſtatutū al
natura p̄iudiciale,ut minus lędat,de uno ca
aliū non extendiꝛ.Facit id,ꝙ notat Bal.in c.1.
adde,ꝙ ſtatutum de nat.feu.Item ex quo ſtatu
loquitur de bonis proprijs,& p̄cipuis alterius,
in cōib.nō habebit, q̃a hic eſt caſus a ſtatuto
ſus,& ꝓpea dr̄ ſub diſpōne iuris cōis remanſiſ
ſimus in odioſis,& exorbitantibus l.cōmodiſ
cum ibi not.ff.de lib.& poſth. Præmiſſa ſuadē
† in ſtatutis uerba ſequentia ex pręcedentib.
rantur,Andr.Barb.in conſi. poſito inter conſ.
u.52.in 4.uol.l.utrum uerſi.& puto ff. de pet.
au.Caſt.in conſi.112 ſuper primo dubio , l.ſi
plurium in fi.cū ſim.ff.de leg.1.Sed ſtatutum
cedentib.ſolum loquiꝛ de fructib.& redditib.
tis ex re propria,& præcipua alterius ſimplici
& non ex re cōi, ergo cum ſtatutum poſtea ue-
extendendo illud ad alium caſum , vc3 ad fra-
em,& conſortem,qui fructus ꝑciperet ex re p̄ci
ua alterius fratris , debet intelligi in terminis pri-
caſus,vc3 qn̄ perciperet fructus ex re ꝓpria fra-
ſimpliciter,& non ex re cōi,qm̄ † extenſio, &
ogatio ſemper eſt intelligenda cum iiſdē quali
& caſus,ad quem fit extenſio,eiuſdem naturę
mæ,haud diuerſæ eſſe debet,ueluti ſupra dixi
imo articulo,per ea,q̄ hn̄r per gl.in c.hi, q̃ de
in 6.& ibi Gem.Bar.in l.1.§.& ſi poſt ope. ff.de
oper.nunc.& in l.cum ſtipulatus ſum à procu
de uerb.obli.& Bal.in l.ſi conſtante C. de don.
nup.cum ſimi.Et ex his puto ad fauorem D.Iu
ipſius neptes pronunciandum fore. Laus Deo.

*SVMMARIVM.*

*...rum appellatio in conditione et filias fœminas cōprehen- ..., adeò vt illarum exiſtentia condō deficiat: Fallit num.10.*
*...ſculinum in caſu fauorabili a teſtatore prolatum compre- ...ndit fœmininum.*
*...ditio, ſi deceſſerit ſine filijs maſculis, à teſtatore expreſſa, in ...gitur etiam de fęminis. Contra num. 12.*
*...ditio, ſi ſine filijs, ſolum maſculos continet, qn̄ teſtator habēs ...illas in re certa inſtituerit, filios verò maſculos hr̄edes ...,& quid ſi filias fœminas non haberet, maſculos verò ...tuiſſe, atq; inuicē ſubſtituiſſet ſub condōne, ſi ſine filijs.*
*...expreſſa a teſtatore debet intelligi ſm iuris diſpōnem.*
*...appellatio in conditione quandoque ſolum maſculos ...et ex præſumpta mente teſtatori, & quomodo mēs iſta ...gatur vſque ad num 11.*
*...fœmina non excludit ſubſtitutum ſub conditione, ſi ſine fi- ..., vbicunque teſtator agnationem ſuam reſpexit.*
*...teſtatoris ex ſubſequentibus colligitur.*
*...gū à perſonis minus dilectis ad magis dilectas procedit.*
*...cti magis cenſent prius noīati, & agnati magis, q̄ cognati.*
*...coniecturata teſtatoris in fideicom. & conditionibus eſt ...ltum attendenda.*
*...gumentum de illa tacita conditione, ſi ſine filijs, à lege ſub- ...tellecta ad expreſſam non procedit.*
*...lius naturalis legitimatus regulariter non ſuccedit in feudo, & emphyteoſi eccleſiaſtica: & ad hoc, vt ſuccedat, q d req rat.*
*...Naturales filij abſq; peccato haberi nequeunt.*
*...Argumentum de feudo ad emphy. eccleſiæ procedit in illa q. An legitimatus in eis ſuccedat.*

17 *Legitimatio ad dignitates, & bona eccleſiaſtica ab imperatore non fit, ſed à Papa.*
18 *Feminæ in feudo, extantibus maſculis, aut agnatis etiam in infinitum, regulariter non ſuccedunt, licet de ijs in inueſtitura mentio fecta eſſet.*
19 *Ad feudum conceſſum pro ſe, & filijs, & deſcendentib. quo ordine, & quo iure deſcendentes admittantur.*
20 *Bartoli declaratio in l. vt iuriſiurandi §. ſi liberi ff. de ope. libe. in uerſi. quæro, quid ſi filius renuntiauit.*
21 *Emphyteoſis conceſſu pro ſe, filijs, & deſcendentib. maſculis, an veniat iure hæreditario.*
22 *Emphyt. eccleſiæ, & feudum æquiparantur, & de uno ad aliud rectè arguitur.*
23 *Feudum quando eſt quid hæreditarium ſub fideicom. vniuerſali comprehenditur.*
24 *Feudum non dicitur ſimpliciter quid hæreditarium, ſed ijs non extantibus, pro quib. expreſſè, & nominatim conceſſum fuit, & num. 28.*
25 *In ſucceſſione feudi, & emphyteoſis ſeruatur conſuetudo loci, & eccleſiæ, quod declara, vt num. 30. & 31.*
26 *Feuda eccleſiæ, & emphytheoſis ꝙ ex conceſſione Papæ, vel conſuetudine ſint quid hæreditariū, & ad oēs vel fęminas indifferenter tranſeant, verum eſt, qn̄ eſſemus in dubio, ſed ſi conceſſa eſſent pro ſe filijs, & deſcendentibus maſculis tantū, conceſſio Papæ, aut conſuetudo locum non habet.*
27 *Conceſſio, vel gratia ſuperioris in dubio non tollit ea, quæ certa lege inter contrahentes conuenta ſunt.*
29 *Pacta expreſſa operantur contra conſuetudinem, & declarationem in vim ſtatuti factam.*
30 *Conſuetudo laicorū eccleſiis p̄iudicialis non ualet, neq; ſeruaꝛ.*
31 *In varietate opinionum, ſi extet conſuetudo alteri opinioni cōformis, ea ſeruanda eſt.*
32 *Filius naturalis legitimatus hæres à patre inſtitutus, & ꝑ fidei com. grauatus legitimā, & Trebellianicam detrahere poteſt.*
33 *Legitima an poſſit detrahi de feudo, & emphyteoſi eccleſiæ: & quid de Trebellianica num. 39.*
34 *Feudum, ſeu emphyteoſis quando non eſt quid hæreditarium, non computatur filio in legitimam debitam iure naturæ.*
35 *Legitima debetur filio, ſi hæres eſſe velit, & non aliter.*
36 *Feudum filio non debetur poſt mortem patris tanquam cauſa mortis capio contra Alex. in l. ſi patr. ff. ad Treb.*
37 *In legitimam debitam iure naturæ ſolum ad imputatur, quod eſt de hæreditate, patrimonio, & ſubſtantia patris.*
38 *Feudum, vel emphyt. conceſſam pro ſe, & filijs in legitimam eſſe imputandam, quomodo intelligatur.*
40 *In Trebellianicam non imputantur habita extra teſtamentū, niſi expreſſè dictum ſit.*
41 *Trebellianica quid ſit.*
42 *Feudi inueſtitura fieri non pōt in præiudicium antiquæ conceſionis, ſi in ea comprehenſi ſuperſint, nec in præiudicium vocatorum ex teſtō, ſi feudum ſit quid hæreditarium.*
43 *Frater, ſiue illius deſcendentes quando in feudo ſuccedunt alteri fratri deficienti ſine filijs, & deſcendentibus maſculis, neque illius portio ad dominum reuertitur.*
44 *Donatio, & dotis conſtitutio de bonis fideicom. ſubiectis valet vſque ad legitimam, & quid vltra.*
45 *Feudum nec donari, nec in dotem dari poteſt, niſi deficientibus maſculis ad fęminas tranſiret.*
46 *Feudi alienati reuocatio, & inueſtitura infra ꝙ tp̄s petēda eſt.*

FPITOME.

Filia fœmina non facit deficere conditionem, ſi ſine filiis legitimis natis ex legitimo matrimonio, quando ex diſpoſitis apparet, teſtatorem reſpexiſſe agnationem, & familiam ſuam.

Legitimatus regulariter non ſuccedit in feudis, & in emphyteoſi eccleſiaſtica, & ad hoc, vt ſuccedat, quid requiratur.

Feudum, aut emphy. eccleſiæ conceſſa pro ſe, & filiis, & deſcendentib. maſculis tantū ad fœminas

non

non tranſit, ẽt extante conſuetudine, & conceſſio
ne Papæ, prout eſt in Ciuitate Ferrariæ, ꝙ feuda ec
cleſiaſtica ſint quid hæreditarium, & ad omnes in-
differenter tranſeant.

Filius naturalis legitimatus à patre hæres inſtitu-
tus, & per fideico.grauatus detrahit legitimam, &
Trebellianicam de bonis fideico.ſubiectis, & quid
de bonis feudalibus, & emphyteoticis eccleſiæ.

Feudi inueſtitura à domino fieri non põt in præ-
iudicium fideicommiſſi, ſi feudum ſit quid hæredi
tarium, nec antiquę conceſſionis, ſi in ea compre-
henſi ſuperſint.

Feudum non poteſt alienari, nec in dotem dari in
præiudicium vocatorum ex contractu, & benefi-
cio domini.

## CONSILIVM CXIII.

VISO teſtõ nobiliſſimi uiri D.Ludouici de
Muzzarellis ciuis Ferrarienſis, & uiſis plu-
rib.inueſtituris atq; conceſſionib.factis D.
Baptiſtæ, & fratrib.de Muzzarellis ab ep̃atu Ferra-
riæ de plurib.bonis ſtabilib. uiſaq; ẽt copia cuiuſdã
Bullæ & conceſſionis factæ per Bonifacium Papã
populo Ferrarienſi, de plurib.dubitari contingit;
Primo cũ in ſubſtõne facta in teſtõ d. Ludouici Iu-
lio hæredi inſtituto de filiis D. Ioannis Muzzarelli
fuerit facta mentio de filiis legitimis natis ex legiti
mo matrimonio ꝑ hæc uerba, & caſu, quo d.Iulius
decẽderet, ſeu deficeret ante dictã D. Diamantem
ſine filiis legitimis natis ex legitimo matrimonio
&c.vtrum intelligatur de filiis maſculis tm̃, an verò
ẽt de filiab.adeò ꝙ exiſtentia filiarum Iulii excludã
tur filii D.Ioannis à ſubſtõne facta; Et prima facie
1 dicendum eſſe vr̃, ꝙ excludantur, † nam ex quo de
filiis legitimis in conditione ſimpliciter mentio fa-
cta fuit, filiorum appellatione fęminæ quoq; conti-
nentur adeò, ꝙ illarum ſuperexiſtentia ꝯdõ deficit,
arg.l.ſi ſcriptum in prin.et ibi Bart. ff. de leg. 2.Alex.
poſt alios in l.ſed ſi hac. §.libe.ff.de in ius uoc.l.ſi qs
ita in prin.ff.de teſta.tut.Dyn.& doct.in l.qui duos ff.
de leg.3.Bal.in l.1.C.de legi.hære.& in indiuiduo eſt
de mente Bar.& Imol.in l. cum auus, ff. de cond.&
demon.vbi uolunt illam conditionem, ſi deceſſerit
ſine filiis, ꝑ ſolas fęminas deficere l.cũ acutiſſi.C. de
fideicom.ibi niſi ii, qui onerati ſunt, ſine filiis, uel fi-
2 liabus fuerint defuncti. ¶ Secundo † qñ in caſu fa-
uorabili maſculinũ a teſtatore profert, tunc fœmi-
ninum comprehendit l.1.cũ gl.ff.de verb.ſig. Bar.in
d.l.ſi ita ſcriptum, ſed hæc verba maſculini generis
a teſtatore in caſu fauorabili proferunt, ergo ẽt in
fœminino uerificabunt, & ꝯñr filiæ Iulij ſubſtitutos
3 excludere debent. ¶ Tertio † & fortius vr̃, ꝙ ſi te-
ſtator dixiſſet ſi defecerit ſine filiis maſculis, ſubin-
telligendum fuiſſet, & fœminis adeò, vt ẽt in caſu
iſto ſubſtitutos excluſiſſent, argõ d.l.cũ auus, q̃ præ-
ſumit illã conditionem, ſi deceſſerit ſine filiis maſcu
lis, & fœminis, tanq̃ plus dictũ, & minus ſcriptũ, ut
ibi, iuncta d.l.cũ acutiſſimi, & ſic iſtam totã condi-
tionem, qñ teſtator nihil expreſſit, ergo a fortiori di
cendũ eſt, legem præſumere illã partẽ ſi deceſſerit
ſine fœminis, qñ teſtator de filiis maſculis expreſſit
quia facilius teſtator unũ uerbũ omittere potuit,
q̃ totam conditionem per rõnem dictorum iuriũ:
Multò magis igit hoc idẽ dicendũ erit, qñ ſimplici
ter dictũ eſſet, ſi deceſſerit ſine filiis, qm̃ tunc nihil
aduerſari vr̃, imò oĩa conueniunt, cum filiorum ap
pellatione comprehendant filiæ, & ex mente, & ex
proprietate verborũ, iuxta ea, q̃ hñr per gl.in d.l.j.ff.
de uerb.ſign.& arg.eorum, q̃ hñr in d.l.ſi ita ſcriptũ.

4 ¶† Quarto in terminis nr̃is qñ facta fuit ſubſtõ fi-
lio ſub ꝯdõne, ſi deceſſerit ſine filiis, doct.cõiter uo-
lunt, tunc filias fœminas non facere deficere illam
conditionem, neq; ſubſtitutum excludere, qñ ex
coniecturata mente teſtatoris colligitur ipſum no-
luiſſe appellatione filiorum comprehẽdi fœminas,
hoc eſt neptes ex filio inſtituto, ut q̶a teſtator ha-
buerit filias fœminas, quas ſolũ in re certa inſtitue-
rit, filios uero maſculos hæredes uniuerſales fecerit
iiſq; poſtea ſub illa cõditione, ſi ſine filijs, ſubſtitue-
rit, qm̃ cum proprias filias ꝑꝑ maſculos excluſerit,
& illis ſubſtitutum p̃poſuerit, ſequitur, ipſum mul-
tò magis uoluiſſe neptes ex filio excludere, magiſ-
que ſubſtitutum, q̃ dictas neptes dilexiſſe, argõ l.ſi
viua matre C.de bon.mat. And. Barb. in quodam
conſi.ſuo poſito inter conſi.Alex.nu.52.lib.4.Cum.
& Pau.Caſt.in l.j.C.de cond.inſer. & latiſſimè hr̃ p
Soc.in d.l.cũ auus col.52. cum ſequentib. ubi mul-
tos allegat: Sed in caſu nr̃o hęc mens defuncti con-
iecturata ceſſat, quia ipſe filias fœminas nõ habuit,
quib.maſculos & ſubſtitutos p̃tulerit, ergo ſtandũ
eſt diſpõni iuris cõis uolentis, ꝙ appellatione filio-
rum maximè in condõne poſitorũ fœminæ quoq;
comprehendantur, vt ſupra ꝑ iura p̃allegata, & ita
ingenuè fatetur, & concludit Soc. in d. l. cum auus
col.54.poſt Pau.de Caſt.in uerſi.ſi enim teſtator &c.
¶ Quinto hoc vr̃ decidi ex not.per Bar.Imo.& alios
in d.l.cũ auus, dicentes, ꝙ ſi dictũ fuerit, & ſi deceſ
ſerit ſine filiis maſculis, ſubſtituo &c. tunc ſubſtitu-
tus ꝑꝑ fœminas non excluditur, arg.l. cũ p̃tor cum
ſimi.ff.de iud.ergo infertur, ꝙ ſi dictũ fuiſſet ſimpli
citer, ſi ſine filiis, ſubſtitutus ꝑꝑ fęminas excludet,
quaſi tunc illorum uerborũ interpretatio diſpõni,
atq; declarationi iuris cõis relinquatur. ¶ Sexto fa-
cit, nam in ſubſtõne facta filio poſt eius mortẽ in-
telligitur tacita ꝯdõ, ſi deceſſerit ſine filiis, aut filiab.
5 d.l.cũ acutiſſimi cum aliis, † ergo expreſſa a teſtato
re ſm̃ iuris diſpõnẽ intelligi debet, arg.l.2. ff. de ad-
min.rerum ad ciuit.pertin.l.ſi debitor.§.fi. ff. quibus
mo.pig.uel hyp.ſol. ¶ Vltimo, q̃ teſtator habuit cha-
ritatem erga Iulium filium, illum ſubſtitutis p̃ferẽ
do, eandẽ cenſet habuiſſe erga oẽm eius poſterita-
tem ſiue maſculinam, ſiue fœminam d.l.cum auus,
& d.l.cum acutiſſimi, & ibi gl. Ergo ſub illis uerbis
ſi ſine filiis debent cõprehendi filiæ fœminæ ipſius
Iulii ad excluſionem ſubſtitutorũ. ¶ Cæterum, præ
dictis oĩb.non aduerſantib.ꝯ̃riam ſñĩam in nr̃is ter
minis ueriorem eſſe arbitror, qm̃ doct.oẽs, uel ſaltẽ
6 magis cõiter uolunt, † ꝙ ubicunq; apparet de men
te p̃ſumpta, & coniecturata teſtatoris, ipſum voluiſ
ſe p̃ferre ſubſtitutos fœminis, tunc appellatione fi-
liorum poſitorum in ꝯdõne fœminæ non compre
henduntur, ſed ſolum maſculi, q̃uis regulariter, &
de iure cõi ſecus ſit, qm̃ ꝑꝑ mentẽ teſtatoris conie
cturatã ab hac ſignificatione recedit, ueluti hoc ꝑ
plurima clariſſimè cõfirmat inſignis p̃ceptor meus
in d.l.cũ auus quaſi per ſex columnas, fatẽtur Cum.
Pau.Caſt.& alii in d.l.1.C.de cond.inſer. & Barba in
7 d.conſi.52.inter conſi.Alex.li.4.† Et q̃uis ipſi exem-
plicent, ut qñ teſtator filias proprias in re certa inſti-
tuit, & illi ſubſtitutos p̃tulit quoad bona hæredita-
ria, tñ ex hoc non negant, quin coniecturata mens
teſtatoris in hoc aliter colligi poſſit, vt hr̃ in locis
p̃allegatis, & maximè ꝑ Fulg.in conſi.38.in propoſi
ta q.qui dixit limitando d.l.cũ auus, & d.l. cũ acutiſ
ſimi, ꝙ ꝑꝑ exiſtentiam filiarũ ſubſtitutus ſub ꝯdõne,
ſi inſtitutus ſine filiis deceſſerit, nõ excludit, qñ ex
aliquib.coniecturis conſtaret, teſtatorem de filiab.
fœminis non ſenſiſſe: Idem vr̃ eſſe de mente Pauli
Caſtr. in conſi. 79. ſm̃ unum numerum incipien.

ſiſſe frequenter &c. qui ſenſit, ꝙ ſi teſtator ha-
reſpectum ad agnationem ſuam, vt bona in fa
conſeruenrur,& remaneant,ſubſtitutus, qui
agnatis,non excluditur pp filias hæredes in-
qm per illas,ex quo in alienam familiam trã
agnatio non conſeruatur,ſed per maſculos l.
l.ſi ſeruus.ff.de uentre inſpic.Bal. in l.cunctos
los.C.de ſum.tri. & fid.cath. & in l.maximum
m C.de lib.præt.& optimè facit, quod uoluit
nd.in addit.Spec.in tit.de ſucceſſ. ab inteſtato
Propterea ſi fuiſſet fœmina teſtatrix, q̃ ita
fuiſſet ſub ꝯdõne,ſi filius ſuus inſtitutus dece
ſine filijs,tunc ſubſtitutus pp filias inſtituti,&
teſtatricis excluditur, qa teſtatrix reſpectũ
conſeruationẽ agnationis habuiſſe nõ vr̃, vt uo
Soc.in d.l.cum auus col.61.in 3.caſu,ſi itaq; te-
habuit reſpectum ad agnationẽ, ut quia illos
natione ſubſtituerit, eos cæteris præponẽdo,
in caſu nr̃o factũ fuit, ueluti ex contentis in
colligitur,ſecus erit dicendum, vt ſubſtituti à
nis non excludanť. Et in indiudiuo multum
liter iſtud uoluit Soc.in d.col.61.in 4. caſu p
uoluit Pau.Caſt.in d.conſi.79. & Barb. in d.
52.inter conſi. Alex.lib.4. qui in fortioribus
nis uoluit,ſubſtitutum pp fœminas non de-
excludi, qn̄ quoquo mõ tacitè colligi poſſet
conſeruationis agnationis,à fortiori ergo hoc erit
cendum qn̄ expreſsè conſtat de mente teſtatoris
principaliter feciſſe ſubſtõnem ꝓ conſerua-
tionis agnationis,ut clarè colligitur ex traditis in d.
Sed in caſu nr̃o apertè conſtat teſtatorem
tionis conſeruationem reſpexiſſe,prȩferendo
ros ſuos de Muzzarellis oĩbus alijs,ſubſtituen
proximiores,hoc eſt filios D. Ioannis fratris ip-
teſtatoris,ergo infertur, ꝙ ſubſtituti non debẽt
di pp filias d. Iulij.¶Confirmãtur p̃dicta ex iis,
uoluit Pau.de Caſt.in conſi.354. ſm numerũ quo
dam incip.uiſo quodam teſtõ &c.qui in termi-
uoluit, ꝙ ex coniecturata mente teſtatoris ſub
conditione ſi deceſſerit ſine filiis,fœminæ ad ex
ionem ſubſtitutorum non comprehendũtur,
regulariter,ceſſante coniectura, appellatione
contin erentur.¶ Colligitur† ẽt mens conic
turata teſtatoris, ꝙ uoluerit intelligere de maſcu-
haud de fȩminis ex verbis ſubſequẽtib.poſitis in
da ſubſtõne facta filii ipſius D.Ioannis,in qui
di:& ſi deceſſerint ſine ſilijs maſculis,ergo ſimi
intelligenda ſunt ea,ſi deceſſerit ſine filiis,poſi
prima ſubſtõne facta Iulio filio,quia ſubſequẽ
declarant p̃cedentia l.ſi ſeruus plurium in fi. cũ
leg.ff.de leg.1.Bar.not.in l.fi.ff.ad Treb.facit, ꝙ
Ang.in l.ſi quis cum aliter ff. de uerb. obl.&
facta nouiſſima C.de pact.per Inno. in c. inno,
de eo,qui furti.ordi.ſuſce. Et hoc ẽt apertè de-
ſtratur ex aliis uerbis ſequentib.qn̄ deficiente
ſeu prole d.D.Ioann.ac ẽt d.Iulii,penitus ſub-
cognatos quoſdam ſuos,de quib.in dicto te
quia dixit ipſe teſtator; *Et ſe la prole di Giouanni*
*Muzzarello ſi eſtingueße* penitus, *& coſi quella di Iu-*
*Muzzarello, & che non ſi trouaſſero figliuoli maſchi nati*
*legitimo matrimonio,in quello caſo &c.* & ſic conſtat, ꝙ
teſtator ſubſtituẽdo in caſu, quo deſiceret penitus
les ipſius Iulii,ipſe intellexit de filiis maſculis,&
de fœminis.¶ Præmiſſa † ad hæc ſuadentur ar
do à fortiori à perſonis minus dilectis ad ma-
dilectas,quod argm̃ procedit l. ſi uiua matre C.
con.mat.& colligitur in locis p̃allegatis,&ex iis
in d.l.1.C.de cond. inſer. in d.l.cũ acutiſſimi,
in d.l.cũ auus,iunctis no.ꝑ Bar.& alios ibi:Sed in
ſu noſtro cognati ſecundo loco ſubſtituti, qui
fuerunt minus dilecti,q̃ filii D.Ioannis de Muzza-
rellis,cum illo fuerint ſubſtituti,& agnati, dicti ue-
rò cognati fuerint ſubſtituti ſub conditione, ſi Iu-
lius decederet ſine filiis maſculis,adeò, ꝙ filię fȩmi
næ illius dictos cognatos ſubſtitutos excludere nõ
poterant pp illam qualitatẽ maſculinitatis expreſ-
ſam,ut uolunt Bart.& alij in d.l. cum auus:idem er
go dicendum eſt quoad excluſionem filiorum D.
Ioannis ſubſtitutorum ſub conditione ſi ſine filiis,
vt dicantur excludi ſolum pp maſculos, & non pp
fœminas;alioquin ſequeretur abſurdum, ꝙ agnati
primo loco ſubſtituti,itaq; magis dilecti,magis ex-
cluderentur,q̃ cognati ſecundo loco ſubſtituti mi
nus dilecti ꝯ d.l.ſi uiua matre, & l.fi. iunctis not. per
Bar.ff.ad Treb.cum ſimi.Nam filii D. Ioannis agna
ti excluderentur non ſolum a filiis maſculis, ſed ẽt
à fȩminis d.Iulii; cognati uerò ſolum à maſculis,
10 haud à fȩminis, ꝙ nõ eſt dicendũ,† quia prius noĩa
ti,& uocati cenſentur magis dilecti, & plus agnati,
q̃ cognati,ut per Alex. in conſi.130.lib.2. col. 2.arg.
auth.hoc amplius.C.de fideico.l. publius §. 1. ff. de
cond.& demon.l.cum ita §.in fidei.ff.de leg.2.l.gñ̃a-
liter. §.cum aũt.C.de inſti.& ſubſt.l.fi.C. de uer.ſign.
l.peto.§.fratre.ff.de leg.2.l.1.§.denuntiari ff. de uen-
tre inſp.& eſt optimus tex.in l.hæredes mei §. fin.ff.
ad Treb.ergo prius noĩati,& agnati tanq̃ plus dile-
cti minus,atq; difficilius debent dixi excluſi p p̃di-
cta,ex quib.apparet concludẽdum eſſe, ꝙ filij d.D.
Ioannis ſubſtituti non dicantur excluſi exiſtentia
filiarum fœminarum d.Iulij hæredis inſtituti,&gra
uati.¶ Et ſequendo hanc partem, q̃ veriorem eſſe
puto,tãquam magis cõem,ſupereſt, vt in ꝯrium ad
ductis reſpondeať:Primo aũt, & ſecundo argõ col-
11 ligitur ex prædictis reſponſio,† quia dicta in illis ꝓ-
cedunt regulariter,& de iure cõi, ſed ex coniectu-
rata mente teſtatoris,q̃ in fideicommiſſis,& condi-
tionib.eſt multum attendenda l.in conditionib.pri
mum locum ff.de cond.& demon.l.cum,propone-
retur ff.de leg.2.& ibi gl.not.in l.pater filium. §. ma-
ter.ff.de leg.3.cum ſimi.ibi allega. l. ex facto. §.ſi qs
rogatus,l.hæredes mei.§.cum ita, & l.fi.ff.ad Treb.
Pau.de Caſt.in l.cum quidam C. de impub. & aliis
ſubſt.ſecus dicendum eſt, quæ mens coniecturata
multipliciter colligi põt;ut dictum eſt.¶ Non ob-
12 ſtat tertiũ,quia † negatur, ꝙ illa ꝯdõ ſi ſine filijs, ſeu
liberis maſculis fuiſſet ita expreſſa, ſubintelligereť
ẽt,& ſȩminis, nam qualitas maſculinitatis expreſſa
uideretur excluſiſſe qualitatẽ fœminam, argõ l.cũ
prætor cum ibi not.ff.de iud.&ita concludit Bar.in
d.l.cum auus in 1.q.& ſequuntur Fran.de Albergot
tis,Io.de Imo.& D.meus Soc.ibi in col.44. Propte-
rea non procedit argm̃ de illo caſu ad caſum, qn̄
fuiſſet dictum ſimpliciter,ſi deceſſerit ſine filiis,qm̃
hoc caſu licet regulariter, & de iure cõi ẽt filiæ fȩ-
minæ comprehenderentur,tñ ex couiecturata mẽ
te,q̃ præualet,ſecus contingit,ut dictum fuit,& ita
expreſsè reſpondet Soc.in d.l.cum auus col. 56. ibi
ſexto allegabatur &c.¶ Non obſtat quartum argm̃
quia licet ex dictis ibi coniecturata mens in caſu
noſtro colligi non poſſit, tñ colligi poteſt ex alijs
pluribus,ex quib.doct.admittunt hanc mentis con
iecturam ſumi poſſe, de quib.ſupra dictum fuit ex
mente ſcribentium,& colligitur ex iurib. iam alle-
gatis,p̃ſertim ex tex.in l.ex facto §. ſi quis rogatus,
& in d.§.cum ita,& d.l.fi.ff.ad Treb.atq; ex not.in l.
cum uirum per illum tex.C.de fideicom. ¶ Quin-
tum ẽt non obſtat,quia ſupra reſponſum fuit, qn̄.n.
ſimpliciter dictum fuit,ſi ſine filiis,licet ſm ius cõe
ẽt de fœminis intelligatur,tñ ex coniecturata men
te teſtatoris ſecus eſt,ut ſup.& ita reſpondet Soc.in
d.col.

d.col.56.ibi ſexto. Nec aduerſatur ſextum fundm̃,
13 quia reſpondetur primo.ꝙ † non procedit argm̃ de
tacita ꝯdõne illa,ſi deceſſerit ſine filiis, ſeu liberis à
lege ſubintellecta,de qua in d.l.cum auus, in d. l. cū
acutiſſimi,& in d.l.gn̄aliter.§.cum aūt,ad expreſſam
conditionem,ut uolunt magis cõiter doct.in locis
præallegatis,quicquid dixerit Bart.in l. ex facto.§.ſi
quis rogatus.ff.ad Treb.vt ponunt Alex.Imo.& glo.
ibi, ac ẽt in d.§.cum aūt,& canoniſtæ in c. in p̄ſen-
tia in 1.gl.de probat. unde q̃uis in illa conditione
ſubintellecta à lege ſubintelligatur non ſolum de
maſculis,ſed ẽt de fœminis d.l.cum auus , & d.l.cū
acutiſſimi,tñ non ſequitur,hoc ẽt in expreſſa ꝯdõne
dicendum eſſe.Pręterea,vt dictum fuit,q̃uis regula
riter illa ꝯdõ fœminas ẽt comprehendat, tñ ex con-
iecturata mente teſtatoris ſolum maſculos conti-
nebit;Vel reſpondeas huic argõ,ueluti in ſpecie fa
cit Soc.in d.l.cum auus col.58.ibi duodecimo. Nõ
obſtat ultimum,quia,vt dicit Soc.in d.col.58.ibi de
cimoquarto &c.illud non procedit, qñ ex cõiectu
ris aliud inferretur,prout in terminis nr̃is conſtat,
teſtatorem ſolum de maſculis uoluiſſe intelligere,
ueluti ſupra oſtenſum fuit.¶ Secūda dubitatio eſt,
nunquid Iulius filius naturales,&,vt dr̃,legitimatus
d.Ludouici teſtatoris potuerit ſuccedere in bonis
feudalib.& emphyteoticis conceſſis ab ep̄atu Ferra
riæ D.Baptiſtæ antiquo de Muzzarellis ꝑ ſe, & eius
fratrib.& pro eorum filiis legitimis,& deſcendenti
bus maſculis tm̃,& poſito , ꝙ ſic , vtrum filiæ ipſius
Iulii ad hmõi bona admitti poſſint? Et omiſſis plu-
ribus,q̃ hinc inde poſſent allegari,breuiter arbitror
14 concludendum eſſe,† ꝙ regulariter , & de iure cõi
filius naturalis ẽt legitimatus non põt ſuccedere in
bonis feudalib.& emphyteoticis ab eccleſia cõceſ-
ſis,qm̃ hæc eſt natura feudi,ut in c. j.§.naturales , &
ibi gl.ſi de feu.conten.ſit inter D.& agna.in uſu.feu.
15 Item quia eccleſia pp eius dignitatem , † & qm̃ ta-
les filii abſq; peccato haberi nequeunt, hmõi prolẽ
abhorret,neq; admitti argõ c.innotuit,& c.cum in
cunctis de elect.cum ſim.& hanc concluſionem ſe-
quuntur doct.oẽs tàm legiſtæ , q̃ canoniſtæ in l. ex
facto §.ſi quis rogatus,ubi Imo.Alex.& Ange.poſt
Bar.hoc examinant.ff.ad Treb. Bal. & alii in l. gn̄ali-
ter.§.cum aūt.C.de inſt.& ſubſt.ſub cond. fac.& in
c.quæ in eccleſiarum de conſt.Alex.in conſi.94.con
ſideratus col.3.li.1.in conſi.128.eod.li.col.9. & in ꝯſ.
60.li.2.in 2.col.& in l.3.in prin.ff.de lib.& poſt.Io.de
Imo.in l.ꝙ dr̃.ff.de uerb.obl.Iaſ.in l.2. in 20. q. C. de
iur.emphy.D.Anto.Abb.& cæteri maximè Mode.
in c.in præſentia extra de probat.feudiſtæ in d. §.na
turales,ubi Aluer. Bal. & Moder.concludendo di-
ſtinguunt,ꝙ ſi Imperator ſpurium,uel naturalẽ ſim
pliciter legitimat,nulla facta mentione de feudo ,
neque de ſuccedendo,tunc legitimatus non põt in
feudo ſuccedere,ut in d.§.naturales,& ibi gl.ubi ẽt
rõnem habes;ſi uerò Imperator legitimauit, nulla
facta mentione de feudo , ſed ſimpliciter,ꝙ legiti-
matus poſſit in bonis paternis ſuccedere,idem eſt ;
cum de feudo non ſit facta mentio: ſinaūt Impera-
tor legitimauit exprimẽdo,ꝙ legitimatus ẽt in bo
nis feudalib.ſuccedere poſſit,& tunc ſi hoc fecit ex
certa ſcientia,legitimatus põt ſuccedere,ſi in legiti
matione expreſsè,& ſp̄aliter dictum fuerit,non ob-
ſtante §.naturales in c.1.ſi de feud.conten.ſit,ut uo-
luit Bal.in d.§.naturales , qm̃ qñ princeps legitimat
ad feuda,ea non eſt gratia cõis,ſed exuberans,& id
circo ſolẽnitas quoq; exuberans requiritur, neque
ſufficeret in legitimatione eſſe appoſitam clauſulã
generalem non obſtante lege &c.quæ tñ ſufficeret,
ubi gratia eſſet cõis;ꝙ placet D.Præpoſito Medio-
lan.in d.§.naturales col. 3. & q̃uis Aluer.in hoc ali-
ter ſentire uideatur,tñ mihi plus placet id,ꝙ dictum
fuit,per ea,q̃ ibi dicunt Bal.& Moder.Tota uis ergo
in mõ legitimandi cõſiſtit ad effectum,vt legitima-
tus in feudo ſuccedat,& ꝑpea rectè legitimationis
tenor eſt inſpiciendus,q̃ ſi ex aliquo defectu nõ ua
leret,ut quia non fuiſſent expreſſæ qualitates expri-
mendæ,de quib.per doct.maximè Mod.in d.§.natu
rales,& in c.per venerabilem qui fil.ſint legi.aut q̃a
ſp̄aliter quis non fuiſſet legitimatus,ut in feud.ſuc-
cedere poſſet,& cum clauſulis neceſſariis, de quib.
ſup.tunc legitimatus nec ad feuda , nec ad emphy-
teoſim eccleſiæ conceſſam pro ſe, & filiis admitte-
retur,ut uoluit Alex.in d.l.3.in prin. ff. de lib. & po-
16 ſthu.& in conſi.60.lib.2.& in conſi.128.li.1.† & idem
quod dictum fuit de feudis,procedit ẽt in emphy-
teoſi eccleſiæ,nam de uno ad aliud arguitur , vt per
Bar.Alex.in l.ſi patroni.ff.ad Treb.Alex.in l.ẽt ff.ſol.
matr.in l.quod dr̃,& ibi Imo.& in l.ſi mihi,& Tit.ff.
de uerb.obl.& in d.§.ſi quis rogatus, & per canoni-
17 ſtas in d.c.in præſentia. ¶ Conſiderandum † eſt ẽt, à
quo facta fuerit legitimatio , quia cum in caſu nr̃o
agatur de feudis,& emphyteoſib.eccleſiaſticis, atq;
de bonis eccleſiæ cathedralis,non ſufficere, legiti-
mationem factam fuiſſe ab Imperatore,ſeu ab alio
habente ab eo ptãtem , ſed neceſſaria foret legiti-
matio Papæ,uel habentis auctoritatem , & ſp̄alem
ptãtem legitimandi à Papa ad feuda eccleſiaſtica
c.cum vintonenſis de elect.& hr̃ in d.c.innotuit eo.
tit.Nam Imperator in terris eccleſiæ legitimare nõ
põt,ſicut nec Papa in terris Imperii,nec ẽt Impera-
tor,aut alius habens ab eo auctoritatem põt aliquẽ
legitimare quo ad dignitates,& bona,ſeu feuda ec-
cleſiaſtica,arg.c.eccleſia S.Mariæ,& c. quæ in eccle
ſiarum de conſt.& ibi Mod.latè hr̃ per ſcrib.in d.c.
per uenerabilem;facit c.qm̃ 10.diſt.c.Imperator, c.
duo ſunt 96.diſt.Bal.in l.eam,q̃ C. de fideicom. per
Alex.in conſi.2.lib.1.ſcribentes in §.& quid ſi tm̃,et
in §.ſi eius l.Gallus ff.de lib.& poſth.facit.l.conſulta
C.de teſta.& c.nouit de iud.Io.Andr.& alii in cala-
tor qui fil.ſint legi.& ponit Prępoſi.Med. in d. §.na-
turales circa fi. Quare diligenter conſiderandũ eſt,
ſub qua forma,& à quo legitimatio d.Iulii facta fue
rit,eam namq; non uidi : & in dubio concludendũ
eſt ipſum Iulium ad hmõi bona feudalia eccleſia-
ſtica non poſſe admitti,nec in illis poſſe ſuccedere,
qm̃ eccleſia tales perſonas non recipit.¶ Sed dato
(abſq; ueritatis præiudicio) ꝙ Iulius ipſe potuerit in
dictis bonis feudalib. & eccleſiaſticis ſuccedere,
maxima hinc hæſitatio ſuboritur, vtrum eius filiæ
fœminæ poſſint in illis ſuccedere, excluſis aliis de
Muzzarellis,& præcipuè filiis D.Ioannis,qui de cõ-
prehenſis in inueſtitura eſſe dñr? In quo dubio con
cludendum eſſe puto,filias d.Iulij non admitti,ex-
18 tantibus filiis d.D.Ioannis, Primo quia † de natura
feudi eſt,ut extantib.maſculis agnatis fœminæ non
ſuccedant in feudo,ut in c.1.§.1.ſi de feud. conten.
ſit & c.ubi filia ipſis agnatis præfertur , qñ filia negat
eſſe feudum , agnatis illud affirmantib.ergo ſi feu-
dũ eſſe ſimpliciter p̄ſupponeret̃, agnati filiæ præfer-
rentur,& clarius hoc probatur in c.1.de ſucceſ.feu.
in c.1.de eo,qui ſibi,& hæredi.ubi extantib.filiis,aut
agnatis maſculis uſq; ad ſeptimum gradum, & ho-
die in infinitum,filiæ fœminæ non ſuccedunt, ẽtſi
pro ipſis copulatiuè eſſet receptum , & de eis in in-
ueſtitura mentio facta fuiſſet:faciunt , quæ habent
per Bar.in l.vt iuriſiurandi.§.ſi liberi.ff. de op.liber.
bonus tex.in c.1.epiſcopum,uel abbatem , qui ex-
preſsè loquitur de feudo ab eccleſia conceſſo, &
ibi communiter doctor.poſt glo.Calda.in conſ.19
in tit.

de ver.ſig.Sed vbicunq; de fœminis, uel filiab.
inueſtitura mentio facta nō eſſet, ſed ſolū de ma
tunc nullo caſu fœmina in feudo ſaltē eccle-
ſucceditd.c.1.cū gl.de ſucceſ.feu.c.1.de gra
feu.& ubiq; doc.ꝑ Alex.in conſ.10.li.5.At
in noſtro fœminæ in inueſtitura cōprehenſæ
item extant agnati maſculi,q̱ ſunt de deſcen
illorū,quib. feuda ab eccleſia ɔceſſa fuerūt,
fœminæ d.Iulij ad hmōi feuda nullo mō
poſſunt,nec debent: Et tāto magis, cū illæ
infecta radice proueniant,hoc eſt natæ à Iulio il
legitimè nato,& ſpurio,ſiue naturali,cuius prolem
abhorret ꝑ ea,q̄ uolunt Imo.& Alex.in d.§.ſi
liberis:Triplex itaq; in his filiab.impedimentū
& quodlibet de ꝑ ſe tale eſt,ut eas excludat,
ꝑ ex infecta radice,& ꝑſona ſunt ortæ, q̃ ec-
non ſolet admittere,ſm,ꝙ in caſu nr̄o de fœ-
in inueſtitura non eſt facta mentio,tertiū, ꝙ
& deſcendentes maſculi ſuperſunt. ¶ Præte
bona fuerunt ab ep̄atu ɔceſſa in feudū D.Ba
antiquo,& fratrib.pro ſe,& filijs,& deſcendē
maſculis,† quo caſu filij, & deſcēdentes ordine
non dn̄r uocati, ex quo ꝑ nomen collectiuū
deſcendentes uocanť iuxta l.cum ita.§. in fideic.l.
fratres ff.de leg.2.l.fi.C.de ver.ſig.iunctis ijs , q̄
per Bar.Ang.Imol.Alex.& Soc.in l.Gallus §.qui
rectè ff.de lib.& poſth.Sed filij D. Ioānis ſunt de
deſcendentib.D.Baptiſtæ antiquioris,ergo dn̄r eſſe
expreſſè cōprehenſis in inueſtitura l. iureconſul
§.ſi ſtem.ff.de gradi.Ex quib.ſequiť,ꝙ d.filij D.Io
non ueniunt ad hmōi bona ꝑ ius accreſcēdi,
tanq̃ ſucceſſores ex ſucceſſione,ſed ex pacto
natura ɔceſſionis,& ſic beneficio dn̄i, vt eſt tex.
allegandus,& hr̄ per Alex.in l.ſi mihi , & Ti-
de ver.obl.in illo articulo, an ius accreſcendi
habeat in ɔctibus,& in d.c.1.de ſucceſ.feud.fa
c.cū gl.in c.1.an agna.uel fil.defun.poſ.reti.Cō
enim in inueſtitura admittunť,ēt ſi hæredes eſ
ſint,q̄a feudū ipſis ex pacto, & natura ɔceſſio-
defert,& ideò infertur,ꝙ oīb.alijs non cōprehen
cendi ſunt,& multo magis fœminis,& præſer
filiab.d.Iulij per ſ̄. dicta . ¶ Nec iſtis aduerſatur
quod uoluit Bar.in d.l. ut iuriſiurandi §. ſi liberi
de liber.ꝑ tex.notabilē in d.c.j. an agna. uel fil.
eius,qui poſt mortē patris ſui ad feudū admit-
iure hæredrtario,& ſucceſſionis admittiť, & nō
ex dn̄i beneficio,adeò ꝙ ſi hæres non eſſet,in
non ſuccederet, Quia rn̄detur primo , † ɔrium
uerius eſſe,ꝙ ſi de filijs,& liberis ſimpl̄r mētio
ſit,& nō de heredib.feudū non dicať eſſe q̱d
hæreditariū,& ſic ꝙ tranſeat ad filios,& liberos , ēt
ſi velint,vel nolint eſſe hæredes,ut ꝑ Alex.in l.ſi pa-
troni col.7.ff.ad Treb.qui doctores ita cōiter tene-
re ſupponit:Præterea & ſecundo rn̄detur , illud
procedere in filio, q̱ immediatè ipſi patri uel
in feudo ſuccedere,& ꝑꝑea iſtud habuiſſet locū
in Iulio,qui immediatè ad feudū admitti vo-
luit mortem Ludouici eius patris, ſecus eſt in
filio,qm̄ is nō iure hæreditario , nec ſucceſſionis
admittiť,ſed ex beneficio dn̄i, & natura ɔceſſionis;
& inueſtituræ:& ideò ēt ſi talis agnatus eſſet , qui
ab inteſtato in hæreditate ſuccedere poſſet,tn̄ is,hę
reditate repudiata,feudū caperet,neq; onerib. hæ-
reditarijs teneret d.c.1.an agn.uel fil.& ibi doctores
poſt gl.Et ſm Bar.in d.l.ut iuriſiurandi §.ſi libe-
ris,tex.in d.c.1.haberet locū in feudis,qn̄ ɔceſſio
ſibi,& filijs facta eſſet,† Sed in emphyteuſi ita ac
ſi aliud eſſet,nā ſeruaretur ius cōe,ut ēt filius,&
liberi poſſent emphyteuſim habere , abſq; quod
hæredes eſſent,atq; hæreditatē caperent, ut ibi uo-
luit Bar.per illum tex.in d.§.ſi liberi,& argu.l. filij ff.
de iure patro.& l.ſi operarū ff.de oper.liber. Hoc tū
q̄d dicit Bar.emphyteuſim differre à feudo,ut ſup.
fortè procederet in emphyteuſi priuati , in qua ius
cōe ſeruatur,& ita ipſe loqui vr̄, ſed in emphyteuſi
eccleſiæ conceſſa ſimpliciter pro ſe,filijs, & deſcen-
dentib.maſculis idem eſſet,quod dr̄ d.c.1.de feudo
22 ita conceſſo,† qm̄ doct.cōiter arguunt de feudo ad
emphyteuſim eccleſiæ,& pro deciſione emphyteu-
ſis eccleſiæ doct.tàm legiſtæ,q̃ canoniſtæ cōiter alle
gant iura feudalia,ut per Alex.in l.ēt ff.ſol.mat.in l.
quod dr̄,in l.ſi mihi,& Titio,& in l. q̱ Romæ §. duo
fratres in fi.de verb.oblig.& in c.in præſentia de pro
ba.& in l.ſi patroni ff.ad Treb.cum ſimil.Et hoc mō
intelligantur ea,q̄ adducit Alex.in apoſt.ad Bart. in
d.§.ſi liberi,ꝙ idem ſit in emphyteuſi , quod in feu-
do,quia dēt intelligi in emphyt.eccleſiæ,ueluti col
ligitur ex allegatis per eū;& maximè ex ijs, q̄ hn̄r ꝑ
Bar.& Alex.in d.l.ſi patroni . Sed in terminis noſtris
bona in feudū conceſſa fuerunt ſimpliciter pro ſe ,
& filijs,& deſcendentib.maſculis tm̄,itē filij Do.Io.
tanq̃ agnati ad feudum antiquum,& paternum ad-
mitti poſſunt,& non ut hæredes , ſed ex beneficio
domini,& natura cōceſſionis,inueſtituræ,& feudi,
ut in c.1.ep̄um,uel Abb.& in c.j.de ſucceſ.feu.cum
alijs iurib.præallega.ergo ipſi oīno ſunt præferendi
filiabus fœminis Iulij.¶ Poſito adhæc , hmōi feuda
eſſe hæreditaria,quia ad oēs hæredes ſui natura trā-
ſirent,(prout tàm ex forma dictæ bullæ Bonif. Pa-
23 pæ,q̃ ex tenore inueſtiturarum tranſire poſſunt)† ſe
queretur,ꝙ in illis fideic. fieri potuiſſet , eaq́; ſub fi-
deicom.vniuerſali bonorum, & hæreditatis cōpre
henderētur,ad tradita per Bar.Alex. & alios cōiter
poſt Io.And.& Bal.in d.l.ſi patroni.Quo fieret, ut fi-
lij D.Ioannis ad illa bona per fideic.uocati diceren-
tur,præſertim cum ſint de cōprehenſis in dictis in-
ueſtituris,ex quo Iulius ſine filijs maſculi deceſſit ꝑ
prædicta in d.l.ſi patroni,& arg.l.cohæredi §.cum fi
liæ cum ibi not.ff.de vulga.& pup. ¶ Conſiderandū
24 eſt ēt, † hmōi feuda non eſſe ſimpliciter quid hære-
ditarium,nā extantib.filijs,ac deſcendentib.maſcu-
lis,pro quib.ea fuerunt expreſſè conceſſa,quid hæ-
reditarium non ſunt,cum ad ipſos tantummō tran-
ſeant,at ijs non extantib.ſunt quid hæreditariū , q̱a
ad hæredes oēs tā ex teſtō,q̃ ab inteſtato tranſeunt,
ut ex forma dictæ bullæ,& inueſtituratū tenore ap-
paret,q̄ ſic debent intelligi arg.c.1.cū ibi no.an agn.
uel fil.& hr̄ in d.l.Gallus §.quidā rectè. Quare d. filij
D.Io.oīno adhæc bona feudalia debent admitti , ſi
namq́; dicamus illos eſſe de maſculis deſcendenti-
bus,uenient ex beneficio domini tanq̃ inueſtitura
comprehenſi:ſin minus,capient dicta bona ex fidei
commiſſo facto in teſtō Ludouici:qm̄,cū deficien
tibus deſcendentib. maſculis hmōi feuda quid hæ-
reditarium dicantur eſſe,ea ueniunt in reſtōnem fi-
deicommiſſi,ut hr̄ in d.l.ſi patroni. Quod maximè
uerum erit,ſi dicamus dictos filios D.Io.eſſe de de-
ſcendentib.maſculis inueſtitura comprehenſis : nā
licet hæc feuda quid hæreditariū nō eſſent , uenirēt
tn̄ in fideicom.reſtitutionem , ex quo hi filij ſubſti-
tuti fuerunt per ea,q̄ uolunt Bar.& Alex.poſt Bal.&
Io.Andr.in d.l.ſi patroni. ¶ Prædictis non obſtat, ꝙ
ex gratia conceſſa à Bonifacio Papa Ferrarienſibus
hoc ius in ciuitate Ferrariæ ſeruatur,ꝙ feuda eccle
ſiaſtica quid hæreditarium eſſe dn̄r, tranſeuntq́; in-
differenter ad oēs,qui ſuccedere poſſunt,tā maſcu
los,q̃ fœminas,tanq; ex teſtamento,q̃ ab inteſtato,
ſublata ſexus,& agnationis,& cognationis differen
tia ; quinimmo poſſunt uendi , & alienari &c. quo
fit vt ad extraneos quoq; hęredes,&ad alios poſſint

tranſire,ueluti hanc ꝯñtiam faciunt Ant.& alij in c.
in præſentia de prob.in illo artic. an emphyteuſis ec
cleſię ad extraneos ẽt hęredes tranſeat:Minuſq́; re-
pugnat, ꝙ in dicta ciuitate videaᷣ extare conſuetu-
do,atq; plures emanauerint declarationes, ꝙ bona
eccleſiaſtica ꝯceſſa in feudũ,ſeu in emphy.uel ad li-
uellũ ſub quibuſcunq; formis,& quibuſcunq; per-
ſonis ẽt filijs poſſint trãſire ẽt ad extraneos hæredes
inſtitutos in teſtõ, quos filij uocati excludere ne-
queant: Itẽ ꝙ in dicta ꝯceſſione apoſtolica caueaᷣ
ad dicta bona eccleſiaſtici.ut ſ̃,cõceſſa oẽs illos ad-
mitti poſſe,qui in alijs bonis de iure poſſunt ſucce-
dere,p̃ter q̃ ſi filius,& filia in ſuccedendo patri ꝯcur
rerent,nã filius maſculus eſt p̃ferendus:ex quo infer
ri poſſe vr̃, ꝙ inter alios agnatos, & cognatos hæc
maſculorũ,& fœminarũ dr̃ia non ſeruatur; & ꝯñr fi
liæ d.Iulij vñr eſſe admittẽdæ, cũ filij maſculi ex eo
25 non ſuperſint, maximè quia † loci ꝯſuetudo quoad
ſucceſſionẽ feudorũ,& empy.attẽdi, atq; ſeruari de
bet,ex ſñia Bar.ibiq́; Alex.in apoſt.mag.in d.l.ut iu
riſiurandi §.ſi liberi,Alex.in conſ.52.col. antepe. li.
4.& in l.Gallus §.quidã rectè ff.de lib. & poſth. poſt
Imo.ibi,& in c.potuit circa fi.de loc. faciũt tradita
per Abb.Ant.Moder.& Moderniſs.in d.c.in præſen
tia in p̃alleg.art.vbi concludunt, ꝙ in eccleſia rem
ſuã dare,& in perpetuũ locare ẽt pro extraneis hęre
dib conſueuerit,tunc locãdo,& concedendo rẽ ali
cui ſimpliciter pro ſe,& hæredib.cenſeᷣ ẽt ꝓ extra-
neis conceſſiſſe,illudq́; uerbum hęredib.ſtat ꝓpriè,
iux.l.in annalib.C.de lega.& intelligiᷣ ſ͞m conſuetu
dinẽ loci,& eccleſiæ, arg. l.qđ ſi nolit §.qui aſſidua
ff.de ædi. edic. cũ alijs: Quia illis oĩbus põt optimè
26 rñderi,primo,ꝙ† gratia,vel cõceſſio apoſtolica ſ̃.di
cta dẽt intelligi in caſu dubio,qñ res ab eccleſia fuiſ
ſet alicui conceſſa ſimpliciter,uel ꝓ ſe,& hr̃dib.vel
ꝓ ſucceſſorib.quo in caſu doc.dubitant,vtrũ filij,&
deſcendentes ſolũ cõprehendantur, an verò ẽt ex-
tranei,maximè qñ ꝯceſſio facta ꝓ hæredib.eſſet feu-
dalis,ut tradit Dec.in d.c.in p̃ſentia in 1.limit.p̃alle.
art.At qñ res clara,certaq́; eſſet,quia res ab eccleſia
in feudũ alicui eſſet conceſſa ꝓ ſe,& filijs,& deſcen
